



12.

Q. D. B. V.

1680, 11

12 /

PROBATIONEM  
DE  
AUDITU,

Magnifici Ictorum Ordinis  
indultu,

P. 86

et sub

PRÆSIDIO

DOMINI

FRIDERICI PHILIPPI, Lips.

J. U. D.

ad d. IV. Martii, Anno M. DC. LXXX.

H. L. Q. C.

P. P.

GEORGIUS FRIDERICUS Scharff/

Lygiö - Silesius,

Autor.

12

LIPSIÆ,

Literis JOH. WILHELMI KRÜGERI.



*Nonna Schleinitz*





ROBARTIONEM

IN

...

...

...

...

...

...

...

...


...







I. N. 7.  
PRO DROMUS.



**V**eritatem, illam Justitiæ  
Nutricem atq; Fundatricem, ut re-  
ctius è fluctuosò Dubiorum pelagò  
eruat Prudens ac Circumspectus Ju-  
dex, (qvippe in qvò sola hæc scien-  
tia requiritur, ut habet *Maestertius in*  
*tr. de prob. quasi. cui fiat probatio. p. 615.*) opus ipsi  
erit qvam maximè Probationibus; Nam licet ne-  
gandò vel affirmandò, Veritas ipsa non mutetur;  
per *l. 6. pr. ff. ad Municipal. Reipubl.* tamen interest,  
eam in lucem publicam prodire; tum, ut litium  
aliquis sit finis, *l. fin. pr. ff. pro suo.* tum, ne probis &  
virtuosis sua præmia, *l. fin. C. de stat. Et imagin.* Im-  
probis verò & sceleratis pro meritæ pœnæ detrahan-  
tur, *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 22. C. de pœn.* Tradi-  
tur inde varii generis Probatio à Dd. 1. Ratione *Sub-*  
*jecti, alia est Artificialis,* qvæ industriâ Probantis ex  
ipsâ Causâ ejusq; circumstantiis deducitur; *alia In-*  
*artificialis,* qvæ ad fidem faciendam extrinsecùs ad-  
sumitur, *Dn. Struv. Exercit. 28. th. 3. Et 4. Sivauch.*  
*Dissert. ff. 25. th. 12.* Qvæ tamen, si verum fateri ve-  
limus, non est Probatio Juridica, sed Rhetorica *Ari-*  
*stot.*



187  
Not. 1. Rhetor. 2. Habn. ad Wesenb. tit. de probat. n. 16.  
p. 58, 2. Ratione Effectus, alia plena dicitur, ut pu-  
ta, quæ plenam & sufficientem facit fidem. l. 19. C.  
de R. V. l. 21. l. fin. C. de probat. l. 2. C. de testibus. alia  
Semiplena, quæ quidem, ac si Juri nostro parum con-  
veniat, à Donello lib. 24. Comment. c. 19. & Duare-  
no 2. Disp. 33. impugnatur; Haud obscure tamen  
partim ex l. 5. l. 6. C. de prob. c. ult. extra de Jurejur.  
partim ex art. 23. Constit. Criminal. Carol. V. ibi: Die-  
selbe ist eine halbe Beweisung. Et Ordin. Proc. Sax.  
Tit. 30. in pr. Usuq; fori adstruitur Gail. 2. obs. 20.  
n. 5. Mynseng. 1. Obs. 68. Et 93. Mascard. de prob.  
Vol. 1. Quest. 4. n. 11. Treml. Vol. 2. Disp. 4. th. 2.  
Srauch. Disp. ff. 25. th. 8. Amad. Eckolt. ad tit. ff. de  
probat. §. 2. Dissent. noviss. Wissenb. Disp. ff. 43. th. 4.  
Ad alterutrâ prioris, utramq; verò posterioris Divi-  
sionis speciem, Præsens HÆC DE AUDITU PROBATIO,  
quam ventilare suscepimus, erit referenda; Sed  
antequam ad eandem penitus progrediamur, jure  
merito Divi Imperatoris nostri, quod in Nov. 6.  
præf. monitum piissimum expressit, ad animum re-  
vocamus; Nempe bene universa & competenter  
geri, si principium decens & amabile fiat Deo. Atq;  
ita primario eidem omnia adscribimus; deinde  
ejusdem Gratiam humillimè imploramus. Faxit,  
ne quidquam adversus Æquitatem dicendò statu-  
endòve committat Juvenilis lubricitas. Certè sic  
nihil derogabitur iis, quæ ad Justitiam, nihil iis, quæ  
ad Veritatem.

CA-



CA PUT I.  
DE  
NOMINE.

§. 1.

**H**iscæ, ut par erat, annuente *l. 1. ff. de O. J. decenter præ-*  
*missis, rem ipsam exordimur; ubi in principio statim*  
*& quasi in limine se nobis offert Vocum Enodatio,* *Vocum e-*  
in quam inquirere non tam seculi mores, quam ipsa sva- *nodatio-*  
dere videtur utilitas, LLbus nostris ad stipulantibus, ut vi- *tilis est.*  
dere est in *l. 1. pr. ff. de J. & J. l. 1. ff. de R. C. l. 1. ff. de acquir. vel amitt.*  
*poss. l. 1. pr. ff. de Furt. l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 49. ff. de V. S. aliisq;*  
bene plurimis. Non tamen in hoc erimus prolixiores, sed  
quæ pulchrius accuratiusq; fortè de hæc re dici potuissent,  
Lexicographis relinqvimus, ipso Jure admoniti, potiorum  
Rerum, quam Verborum habendam esse rationem, *arg. l.*  
*17. ff. de LL.*

§. 2. Duo autem potissimum hæc consideranda ve-  
niunt vocabula. 1. PROBATIO, quod à supinò Verbi *Probatio-*  
*probare,* (cujus varix acceptiones & Homonymix habentur *nis Etymo-*  
apud *Almers in suo Manuali Juris,* qui de eò videri potest, si *logia, Ho-*  
cujus libitum fuerit, *sub tit. Probatio*) Derivatione scilicet *monymia,*  
Grammaticâ, non Logicâ deducitur. Atq; in jure nostro,  
secundum *Excellentissimum Strauchium Dissert. ff. 25. th. 8.* tri-  
fariam usurparur. *Vel enim significat medium & causam,*  
Quæstionem seu intentionem probantem & tunc idem est,  
quod Argumentum; *Vel denotat Effectum medii proban-*  
tis, seu ipsam conclusionem; *Vel etiam Actum medium il-*  
lud adhibentem, quæ significatio est hujus loci. *Perez ad vit.*  
*C. de Probat. n. 2. Vinnius in Process. Diss. 25. th. 1. n. 5.*

§. 3. 2. AUDITUS, quæ vox in legibus nostris, vix *Audius;*  
aliò, quam apud Latinos sœvit, significatu gaudebit, vide  
*l. 6 C. Theodos. de Hereticis adde c. cum caus. 37. extra de testib. c.*  
*præterea extra eod. can. testes 15. in addit. Caus. III. quæst. 9.* De-  
scenditq; à verbò *audire,* cujus diversas significationes la-  
tius expostitas habet *Dn. S. Stryck. in Tr. de jure sens. Diss. 30.*

A 3

8 ap. 16



§ 3. Hæc dicta de Nominibus sufficere putamus ad scopum nostrum, proinde nunc ad Definitionem realem nos convertimus.

## CAPUT II. DE DEFINITIONE ET DIVISIONE.

§. 1.

*Definitio  
realis.*

**E**st autem Probatio de Auditu, Actus, quò, negata ab adversà parte intentio per Testes Habiles de Auditu legitimo & ordinatò modò deponentes ad fidè Judici faciendam, confirmatur, *l. 1. l. 12. infra. ff. de probat. Prælaud, Strauch. Exercit. ff. 25. th. 8. p. 389. Meier. in Colleg. Jur. Argent. de prob. th. 2. B. Eckelt. d. l. §. 1. p. 307. Magnif. Dn. Born. in Disp. ad univ. Jus Judic. th. 50.*

*Divisiones*

§. 2. Definitionem excipit *Divisio*, ubi præcipuè nostra probatio dividitur 1. in plenam, quæ plenam judici facit fidem. *B. Eckelt. ad tit. de prob. §. 2. p. 306. & minus plenam, per quam aliqua saltem, sed non plenaria, fides judici exponitur. vid. cap. 5. & 6. infra. 2.* In Eam, quæ est de auditu proprio, quando quis propriis factum percepit auribus. *Dn. Sam. Stryk. in tr. de Jure sens. Disp. 3. cap. 2. n. 1. & quæ de auditu alienò, ubi ab aliò factum verbis enarratum accepimus, dicitur, d. l. Prosper. Farinac. de testib. lib. 2. quæst. 69. cap. 1. deniq; 3. Probatio est vel Regularis, quæ fit post litem contestatam *tot. tit. extra ut lite non contestatà, vel Irregularis, quæ fit ante litem motam ad perpetuam rei memoriam. Dn. Swendendorffer. ad Fibig. cap. 2. §. 25. lit. C. n. 2. p. 207.**

*Genus.*

§. 3. Generis loco posuimus *Actum*, intellige *Judicialem*, *l. 18. C. de probat. l. 3. C. ob tempem caus. verbò actus generaliter sumtò, pro omni factò communi, l. 19. ff. de V. S. quo negotia sunt Cædd. ad d. l. 29. n. 9. longe q; commodius, quam Ostemtionem & Demonstrationem cum Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 4. th. 1. lit. A. quam tamen à probatione multis differre, satis eruditè pro more exposuit prælaudatus Dn. Strauch, *Disp. 25. th. 8.**

CA-



CAPUT III.  
DE  
CAUSA EFFICIENTE.

§. 1.

**Q**uandoquidem notissimi juris est, Ea, quæ probari Probationibus ostendit nequeunt, pro non gestis, neque existentibus haberi. *l. 77. ff. de Contrah. Empt. l. 17. ff. de in diem addict. l. 30. ff. de Testam. tut. l. 10. ff. de reb. dub. Wesenb. in ff. de Prob. cas.*

*n. 1.* Probationem autem vice versâ adeo esse de Substantiâ Judicii, ut ne quidem in summarissimâ omitti, *Clement. Suepe, de Verb. Signif. Carpz. in Jurispr. Consistorial. lib. 3. Def. 28. n. 10. & Zang. in tr. de Except. c. 2. n. 9. 1. arg. Decis. Elect. Nov. 1.* sed semper, sive id fiat verè, sive præsumtivè, intervenire debeat; *Trentl. Vol. 2. Disp. 23. lb. 3. lit. C.*

§. 2. Ita Thematis hujus CAUSAM REMOTAM Jus Civile, *l. 28. ff. de prob. l. 2. §. 8. ff. de aqua & aqu. pluvi. arcens. tit. Canon. cap. licet ex quadam 47. extra de testib. mota. ibiq. Glossa & Dd.* statuere calculumque nobis abundè adjicere, non dubitamus: Quod verò generaliter Probationes attingit, eas jam tum in Republ. Hebraicâ & apud omnes gentes benè moratas perquam custoditas fuisse, diffitendum haud est; unde Jure Divinò Judices condemnare illum prohibebantur, nisi ad minimum duobus testibus convictum, *Deut. 17. v. 6. & 19. v. 15.* quam deinde Legem in Novò Testamento fuisse repetitam apertissimi Textus apud *Matth. 28. v. 16. & Joh. 8. v. 17.* evincunt. Verùm licet hoc ita sese habeat in thesi; in hypothesi tamen & quatenus jam solum jus nostrum certa quædam & singularia de iis disponit, eaq; ad statum nostrum applicat, res aliter quam prædictò modò se habere non videtur.

§. 3. Causa vero EFFICIENTIS PROPINQUA, ut in omni probatione, ita & hic potest esse Judex, Actor & Reus. *Amad. Eckelt. ad tit. ff. de probat. §. 8. quibus asserentibus arg. l. 2. l. 5. l. 21. l. 22. ff. l. 8. C. de probat. hoc onus, sed diversimodè incumbit. Judex enim probandi necessitatem vel ex offi-*



ex officio, ut in causis inquisitionis, suscipit *B. Brunn. in Process. Inquisit. cap. 8. vel sententiã suã interlocutoriã arg. c. 9. extra de probat. imponit l. 2. ff. eod. Dn. Struv. Exercit. 28. th. 6. & tum probat vel 1. Actor, l. 21. ff. l. 3. C. de prob. §. 4. Inst. de leg. qvò non probante. Reus absolvitur, etsi nihil præstiterit, l. 2. C. de Edendo, c. f. §. 1. de Jurejur. in bto. imò licet se adstrinxerit ad aliquid probandum, defeceritqve, nec tamen condemnatur. *Mascard. de prob. Vol. 1. c. 36. n. 37.* Nam quicumq; agit, ille regulariter & semper aliquid intendit, vel affirmat, Affirmans vero suam intentionem probare tenetur, l. 2. ff. de probat. §. 4. Inst. de Leg. l. 2. l. 23. C. de probat. Vel 2, Reus, l. 5. l. 12. l. 17. l. 18. §. 1. l. 19. l. 22. ff. de prob. qui cum directò & ferè semper ea inficiatur qvã posuit Actor, eatenus, qvatenus vel in totum vel pro parte negat, *Carpz. in Proc. t. 23. art. 1. n. 42.* negationem suam, nec per rerum naturam probare potest, aut debet. *d. l. 23. C. de prob.**

Actor.

Reus.

Qui probat Per indirectum verò, suam quoq; Negativam, qvã affirmativam scil. tacitam aut involvit, aut per necessariam consequentiam eruere sinit, nihilominus nonnunquam probat, sicq; in l. 8. ff. de probat. qui negat, se in patriã potestate esse, tacitè affirmat, se ab Avo esse emancipatum, it. in l. 7. ff. eod. Hares, qui bona defuncti ad solida legata sufficere negat, facile opinionem facit, aliqua tantum bona esse in hæreditate, quorum tamen æstimationem Legata longè excedant, & propterea hi ipsi ad probationem adstringuntur. Quo sensu LL. alia adhuc quamplurimã intelligendã, qvã neganti imponere videntur probationem, quas recensuit *Mesert. tr. de Probat. Q. Cum Negationi expresse, negativa enim non ex figurã verborum, sed vi & potestate æstimanda. B. Brunn. ad l. 8. ff. de prob. n. 2.* quod similiter procedit, si reus excipiat, tunc enim partibus Actoris fungi Exceptionemq; implere debet, l. 19. pr. §. 1. & seqq. ff. de probat. Nisi sit Exceptio non numeratã pecuniã, intra biennii metas opposita, §. un. Inst. de Limitar. Obligat. ubi petitor probare debet, pecuniam alteri esse numeratam, l. 3. l. 10. C. de non num. pec. nam hæc negatio

vel directè suam exceptionem. Limitatio.



tio est de naturâ contractus. Dn. Aug. Bened. Corpz. Au-  
 recessor in hac Almâ florentissimâ in prælect. ad Schobel. tit. de pro-  
 bat. vid. supra cit. Autor. in Tract. de non num. pecun. p. 376.  
 quando verò Exceptio illa, biennô demum elapsô, Actori *limitatio-*  
 est objecta, virtutem suam amittit, atq; tum Reo probatio *nis limi-*  
 adjudicatur. B. Philipp. lib. 3. Eccl. 68. p. 705. Ungep. Exerc. ratio.  
 Jusf. 11. quest. 9. dicta quoq; non aliter procedunt, si præ-  
 sumtio sit contra reum, ut in l. 12. ff. de probat. l. 9. l. 25. pr. §.  
 1. 2. & fin. ff. eod. l. 17. ff. de pure dot. l. 24. §. 8. ff. de fideic. libert.  
 Cujac. lib. 12. obs. 49. Mæstert. de probat. Quest. An Presumpt. ult.  
 Hinc inde ab onere probandi relevatur Possessor rei con- *limitatio*  
 troversæ l. fin. C. de R. V. l. 1. C. de hered. pet. cum ille possessio- *2.*  
 nis commodô se tueatur, l. 1. §. 6 ff. uti possid. non obstat,  
 l. 6 C. de probat. vid. B. Eckolt. tit. de probat. §. 3. in f. ubi plu-  
 res exceptiones legi possunt. Quid vero dicendum, si  
 non liqveat, quis actor, quis reus sit, in controversendi  
 qualitate? vide Dn. Strauch. c. l. th. 9.

## CAPUT IV.

# DE OBJECTO.

§. 1.

Videndum jam est, QVALE hæc de Auditu Proba- *Objectum,*  
 tio fortiatu OBJECTUM, ac Auditus quidem, *Auditus,*  
 prout Physici eum considerant, objectum sonus est *Physicum.*  
 quicunq;. Bald. in c. 35. extra de testib. Juridicè autem ille *Juridicè*  
 tantum, de quo in Judiciò questio moveri potest; Dantur  
 enim res bene multæ, de quibus nisi auditu perceptis, Pro-  
 batio institui non potest. Dn. Stryk. in Tr. de Jure sens. Disp.  
 3 c. 1. n. 8. & c. 2. n. 4. Itaq; asserimus probationem hanc  
 versari circa ea, quæ sunt *Facti,* l. 6. C. de probat. in quibus in-  
 tentio actoris & exceptio rei se fundat. l. 12. l. 19. ff. de probat.  
 Jus enim, cum Judici notum esse debeat l. 2. ff. de Jur. & *Facti,*  
 ign. & ex officio Judicis suppleri possit. l. unic. C. ut quæ desunt *Jus non*  
 Advoc. nunquam est probandum, nisi quoad applicatio- *pr. a. r.*  
 nem. Trembl. Vol. 2. Disp. 4. th. 1. lit. F. Dn. Strauch. Diss. 25. th. 10.

B

§. 2. Fa-



benè tamè  
(1.) *Facta*  
*auditu*  
*percepta.*

*Factaque*  
*mixta.*

§. 2. Facta verò, de quibus diximus, esse debent (1.)  
AUDITU PERCEPTA; Nam ut minus accuratè loqui-  
mur, cum dicimus; Ego his meis oculis vidi, Mævium  
promississe Titio centum aureos: Ich habe es mit meinen  
Augen gesehen/das Mævius 100. Ducaten versprochen/quod  
vulgus tamen assolet, ita certè longè pejùs faceremus, si  
testem negotii verbalis surdum, licet acutissimi visus, invo-  
caremus. Quoniam hoc modo confunderentur sensuum  
objecta, nec Effectum suum, quem debebant, nancisci pos-  
sent. *vid. laud. Dn. Stryk. Diss. 3. c. 1.* Aliud fortè dicendum  
videtur, ubi quæstio est de tali casu, in quo visus & auditus  
unà concurrerunt, v. g. in realibus simul & verbalibus inju-  
riis; ibi enim sensus unus alterum quoq; involvit, nec  
hæc res solò auditu potest percepta, sed insuper visu per-  
cipienda, dici, & proinde non in totum hujus materiæ ob-  
jectum, ut scilicet delictum ex unius depositione judicari  
possit, constituit, sed ex parte tantum, quatenus scilicet Au-  
ditus de eò solò, quod in ipsum cadere potuit, deposuit.  
*Dn. Stryk. alleg. loc. n. 8.* Idem statuendum, cum lex expressè  
ad auditum visum simul requirit, ut in testibus testa-  
menti l. 9. ibi: *Et testes non in conspectu testatoris. C. de testam.*  
*ibiq; B. Brunn. Carpx. in Jurispr. Forens. P. 3. Const. 3. D. 2. n. 7.*  
*dist. Dn. Stryk. c. 1. n. 28.* etiam tempore pestis conditi.  
*Carpx. p. 3. C. 4. D. 10.* Quod nonnulli, sed perperam, ad  
Donationem mortis causà extendunt. *Dn. Stryk. d. l. n. 53.*  
*Diss. Carpx. p. 3. C. 1. D. 30. n. 6.* tanta enim nonnunquam ho-  
rum sensuum est affinitas, ut vix ac ne vix quidem discer-  
ni possint. *cit. Aut. n. 10.*

*Nec inter*  
*est an sint*  
*nova*  
*an anti-*  
*qua.*

§. 3. Non interest, an facta, quæ auditu percipimus  
NOVA sint, hoc est non multum abhinc annis celebrata,  
sive ANTIQVA, ut Centenaria, l. 76. ff. de Judic. l. 65. in f. ff.  
de usufr. l. 8. ff. de usufr. leg. l. 23. C. de SS. Eccles. aut immemo-  
rialia seu hominum memoriam excedentia, l. 28. ff. de probat.  
l. 2. §. 8. ff. de aqua quot. Farinac. lib. 3. de testib. r. 7. qv. 69.  
n. 142. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 104. n. 4. quæ duo in  
multis differre satis eruditè exposuit, Rebban. *J. Cius in Diss.*  
*de Pra-*



de prescript. immemoriali. inq; praxi ita observari statuit  
B. Carpzov. P. 2. C. 1. D. 7. Etenim tam auditus alienus, sive  
prout eundem vocant Dd. auditum auditus Baldus in cap.  
licet 47 extra de testib. Gottofr. ad l. 28. ff. de probat. lit. E. qvam  
Auditus proprius, modo utrobq; debita observentur  
infra in cap. 5. exposita requisita, probatione indigent.  
Nec enim opus est, ut semper superiint, qui meminerint,  
sed sufficit audivisse testes ab eis, qui memoriã tenuerunt.  
Jcius Paul. in l. 2. §. 8. ff. de aqua & aqu. plu. arc. nec refert,  
utrum res sit majoris præjudicii, an minoris, utroq; enim an majo-  
casu nostram probationem admitti contra communem ris an mi-  
Dd. Scholam, Farinac. c. l. n. 133. & seq. testatur. Mascard. de noris præ-  
Prob. V. 1, Concl. 104. n. 19. Stryk, d. cap. 3. n. 18. judicii.

§. 4. (2.) Requiritur, ut in quibus Auditum adhibui-  
mus, eadem adhuc DUBIA dici possint; notoria namq; (2.) Du-  
indubitata non indigent probatione, l. 1. §. 2. ff. de O & A. bia  
c. de manifestis XVII, q. 1. c. Superea 3. extra de testib. cog satis e-  
vincunt adde c. Evidentia 9. extra de accusat. Mynsing. lib. 6. obs. 3. ncn nota-  
nisi sint facti traseuntis Gail. 1. obs. 7. n. 4. & seq. & 2. obs. 27. nisi sim fa-  
n. 25 Dn. Schwend. ad Eckolt. 1. ff. de probat. §. 8. verb: quæ Et trans-  
notoria sunt. Sicuti nec illa, quæ jamjam decisa, l. 19. C. euntis  
de transact. l. 31. ff. de jurejur. aut per transactionem aut alio nec decisa  
modo definita sunt l. 13. §. idem Jul. ff. de jurej. ratio est in  
l. 23. §. 1. ibiq; Gloss ff. de condit. indeb. l. 32. C. de transact. We-  
senb. in ff. h. t. n. 7.

§. 5. Quibus positis nunc facile inferre licet: Objectum  
ubicunqve vel de contractu verbis celebratõ, vel de-  
licetõ verbis patratõ, vel ex circumstantiis cujusdam probatur  
delicti ex auditu, qualis casus est in cap. 17. extra de te-  
stib. & attestat. Dn. Stryk. all. Disp. 3. c. 1. n. 38. & seq. item  
cum de voce hominis sive ordinariã, quã in conversatione  
utimur, sive extraordinariã, eãq; vel plorante, seu ejulan-  
te l. 1. §. 28. ff. ad Sct. Silan. vel clamante l. f. C. de his quæ ut  
indign. & ut paucis dicam, de omni eo, quod auribus per-  
cipi potest in judiciõ controvertitur; puta in Emcio-  
ne. Venditione, Locatione-Conductione, Societate &



*per Audi-* Mandato, &c. Probatio de auditu consequitur objectum  
*cum* suum: Si videlicet auditum proprium concernat: Ubi-  
*proprium* cunq; verò de factis antiquis, in quibus temporis diuturni-  
*Facta vero* tas Probationem reddit difficiliorem *Menoch. Arbitr. Judic.*  
*antiqua* *Quest. l. 2. caus. 43. n. 11.* puta de Memoriam *Dn. Siryk d. tr. Disp.*  
*ni* 8 c. 3. Finibus antiquissimis. *D. Brunnem. Reper. parat. Wes.*  
*de memo-* tit. *fn. regendorum. qv. 16. Mascard. de prob. V. 1. Concl. 395. n. 4.*  
*ria* *Wissenbach. p. 1. Disp. 22. th. 6.* Præscriptione immemoriali,  
*de finibus* c. 1. de Præscript. in *Vtro. Carpz. p. 1. C. 16. Def. fin. Schneidew. ad*  
*antiquis* tit. *Inst. de Usucap. junge supra allegatam Disputationem de imme-*  
*de Præscri-* moriali præscriptione. Possessione vel Dominio Antiquo,  
*ptione* *Mascard. de prob. d. Concl. 104. n. 17. Menoch lib 5. A J. Q. 475.*  
*de Domi-* n. 11. *Farinac. de test. d. quest. 69. c. 3. n. 13.* aut Consanguinitate  
*nio & Pos-* & Affinitate sermo est c. 47. extra de test. c. de Parentela; XXXV.  
*sessione* q. 6. *Carpz. lib. 3. Resp. 65. n. 6.* vel de Credulitate, veluti pro  
*de Con-* rei innocentiam, *Farinac. de test. lib. 3. Tit. 7. Q. 68. §. 2. n. 77.*  
*sanguini-* vel quod directò probari, d. l. n. 81. aut sensu corporeò per-  
*iare & Af-* cipi non potest, n. 82. disceptatur, Auditor alienus officio  
*finitate* suo fungens, Objectum sibi constituit, *Farinac. de probat.*  
*de Credu-* lib. 3. qv. 69. n. 62. quâ tamen ratione & efficaciam hæc omnia  
*litate* fiant inferius & capite subsequente pertractabitur. Hoc  
*per Audi-* tantum adhuc præsentì loco non est prætereundum: Pro-  
*um* bationem de auditu Auditoris extra casum exceptos se non ex-  
*(2) alio-* tendere; nec nomen quidem probationis apud *JCTos* me-  
*num.* reri, cum sit contra formam juris præscripti, quam plurimò  
 eruit. *Farinac. d. l. c. 1. n. 31. & seqq.*

## CAPUT V. DE FORMA.

§. I.

*Forma &* **H**Uc ulque generaliora pertractavimus, sequuntur  
*modus* specialiora, nempe formâ & finis. FORMA, confi-  
*percipitur* stit in Probationis modò & testium qualitate. I. Mo-  
*lite conie-* dus & ratio probationem instituendi ferè ita percipitur  
*stata* ut (1.) *lite demùm contestata tot. tit. extra ut lite non contestata,*  
*Trenil.*



*Trent. V. 2. Disp. 4. th. 6. lit. A.* (cum ante eam, non certo  
 constet, an cedere reus, an contendere velit *B. Eckolt ad tit.*  
*ff. de prob. §. 5. p. 309.* exceptiones videlicet apud eundem,  
 quibus adjici potest probatio ad perpetuam rei memoriam  
*Dn. Swendendorffer in Not. ad Fibig. cap. 2. §. 15. lit. Q. p. 207.*) &  
 præcedente sententiâ judicis interlocutoriâ procedat, *We-* & *senten-*  
*senb. in π. ff. de prob. n. 5.* atque tum sive Actor sive Reus petit *tiâ inter-*  
 ad probationem admitti & dari sibi terminum probandi, id *locatoriâ.*  
 est diem statui, intra quem testes suos producat & præterea *Terminus*  
 adversarium, ut videat testes produci & jurare: c. 2. extra *probandi*  
*de resib. ibiq. Dessel. in Erotem. qv. 8. p. 208.* qui jure communi *est J. Car-*  
 Judicis arbitriô commissus *l. 1. C. de dilat. c. 4. §. spatium in.* *bitrarius.*  
 §. 3. Jure vero Saxonico statutus est sex septimanarum *J. S. Sta-*  
 triumque dierum continuarum, à tempore rei judicatæ *minus*  
 computandarum. *Landk. lib. 1. art. 67. Constit. Aug. 16. P. 1.*  
*Ord. Proc. Sax. tit. 20. in pr.* Intra quem terminum, (qui vo-  
 catur eine Sächsishe Frist: ) à probaturo non tota probatio  
 articuli probatoriales ex libelli visceribus defumendi *quò offe-*  
*nat. Cameral. P. 3. tit. 14. verb. und sollen/ B. Philipp. c. l. conf. 5.* *ritur ar-*  
*n. 3.* affirmativè, per verba Wahr seyn concipiendi *tituli*  
*Dn. Born. in Disput. ad Univers. Jus. judicial. 1. th. 5. lit. E. n. 3.*  
 & quantum fieri potest breves, rotundi & ad rem negotiûq;  
 qualitatem, ut in antiquis & immemorialibus *pertinen-*  
*ff. de probat. pertinentes seu relevantes O. P. d. tit. 20. §. Die-* *tes*  
*weil auch/ ibiq. prælaudatus Philipp. conf. 5.* cum nominibus *cum nomi-*  
 stium examinandorum & Directoriô offeruntur, *nibus te-*  
*Dn. Born. d. l. ad hoc, ut prænominati testes cum productô* *stium*  
*adversariô, transmissis ipsi articulorum copiis pro conci-* *es Dire-*  
*piendis interrogatoriis citentur, d. l. th. 51. lit. E.* aliâs enim *ctoriô*  
 Probatio pro dederâ est declaranda; nisi dilatio termino *aliâs pro-*  
 adhuc currente fuerit petita; quæ primâ & secundâ vice ex *batio est*  
 causis sat prægnantibusfacile *deserta*  
*Ord. Process. Sax. t. 20. §. mir* *nisi dilata-*  
*lassen auch. Resol. Gravam. Provinc. de anno 1661. Tit. Bon Ju-* *tio*  
*stinens Sâchen §. 21. vers. derotwegen/* ulterior verò non aliter, *pr ma,*  
 quam cum causæ cognitioe & solennitate legali, vel *secunda*  
 & ulterior *es ulterior*



*impetretur* iuramentò calumniæ præstitò conceditur, B. Philipp. ad d. tit. 20. Conf. 4. n. 3. aut favor personæ vel causæ Carpx. in Pro-  
*aut causa* cess. tit. 15. art. 11. n. 85. ut mulierum, minorum, Ecclesiarum  
*restitutio* ac universitatum restitutionem in integrũ postulat. Decif.  
*nem no-* Elef. noviss. 4. ibiq. B. Philipp. Obs. 3. §. 5. & ad d. tit. 20. Conf. 3.  
*gens* paulò aliter sese res habebit, si in forò Saxonico, de jure Bra-  
*Terminus* xandi & Remediò L. diffamari, controvertitur, ubi illic  
*JurisBra-* duorum mensium Ord. Prov. Sax. de anno 1555 tit. Don Brau-  
*xandi* en/vers. soller. Carpx. L. 1. R. 37. Magnif. Dn. Born. cit. Disp.  
*es reme-* th. 50. lit. G. híc autem duplicati termini Saxonici spatium,  
*dii L. in-* termini probatorii locò, est præstitutum. Carpx. Tit. 20. art.  
*famari.* 3. n. 41. 42. Dn. Schwendendorfer ad B. Eckolt. t. ff. de probat. §.  
4. verbo: Est spatium sex septimanarum. p. 564.

*Adverse* §. 2. Hisce præmissis 2. Judex adversæ parti exhibi-  
*parti arti-* bitos articulos communicat, ut formet interrogatoria  
*culi exhi-* tam generalia ad testium fidem & qualitatem, Ma-  
*entur,* gnif. D. Born. cit. loc. th. 51. lit. F. quàm specialia, dicta te-  
*pro for-* stium circa quoslibet articulos, quoad propositi negotii,  
*mãdis in-* loci, temporis, auditus, scientiæ circumstantias, concer-  
*terroga-* nentia, cap. 37. extra de testib. Gail. lib. 1. Obs. 95. n. 8. & d. th. lit. F.  
*toris* de quibus requiritur, ne sint præliminaria, Ord. Proc. Sax.  
d. 7. Nach dem es aber nimis prolixa, ambigua & criminosa  
Recess. Imp. de anno 1654. §. es sollen aber keine / Philipp. ad d.  
tit. 20. Conf. 2. sed brevía & pertinentia ad eruendam verita-  
*pertinen-* tem & falsitatem testium patefaciendam sufficientia & a-  
*tibus* pta nata Emeric. à Roshach. Prax. Civil. tit. 54. & 55. Dn. Swen-  
dendorffer. ad Fibig. cap. 2. §. 3. n. 10. lit. g. p. 598.

*Testes ci-* §. 3. Articulis ita communicatis, Testes ipsi citantur à  
*tantur* & iudice aut ejus Commissario, qui si ejus sint conditionis,  
*exami-* ut in iudicio, quod tamen regulariter fieri debebat, non  
*nantur* comparuerint, quales sunt multi apud Meffert. de Probat.  
*vel in Ju-* Quest. An ipsi testes, p. 622. enumerati, iudicis erit arbitrari,  
*dicò* an domum suam vel Testium propriam citatos eos, audiri  
*vel in do-* velit L. 3. §. 1. §. 2. §. 3. ff. de testibus nisi agatur criminaliter,  
*mò.* tunc enim nullò regulariter modò à iudiciò sese, cujuscun-  
*Exceptio* que quoque sint conditionis subtrahere poterunt. Nov. 99.



65. Cum absentibus autem & alterius Jurisdictioni sub-  
jectis testibus, quomodo procedatur, præscriptum est in  
Ord. Proc. tit. 23. ad quem Philipp. Conf. nr.

§. 4. Citatis itaq; testibus (3.) citantur & ipsæ partes per-  
entorè, producens quidem, ut producat suis sumtibus <sup>Citantur</sup> quod par-  
l. 3. §. 4. ff. l. u. C. de testib. tam realiter præsentibus, quam ver-  
baliter, absentes tanquam præsentibus. O.P. S. d. t. 20. §. Eber-  
mästg/ Productus verò, ut jurare videat testes. Magnif.  
Dn. Born. all. loc. lit. H. Quibus omnibus præsentibus Exa-  
minatori Interrogatoria productionis in terminò demum <sup>quibus præ-</sup>  
exhibentur O. P. S. d. l. §. 1. verb. keine Wissenschaft. testesq; <sup>sentibus</sup> testes ju-  
jurant, se de omnibus, de quibus examinandi sunt, & quæ rant  
ad causam pertinent, omnem & solam veritatem dicturos,  
idq; non solùm pro eò, à quò producti sunt, sed etiam  
contra eum, si rei veritas requiratur, neq; etiam ad ferendum  
testimonium in hac causâ, odio, amore, timore, vel com-  
modò aliquò inductos procedere. Sie wollen als angebe-  
ne Zeugen/ die reine und unverfälschte Wahrheit sagen/ und  
solche nicht verschweigen weder umb Giff/ Gab/ Geschenke/  
Freundschaft noch Feindschaft/ noch umb ander Ursachen willen/  
l. 9. C. de testib. c. 5. 6. 7. 8. XXXV. q. 6. c. 47. extra de testib. Ni-  
col. in Process. p. 1. c. 68. n. 13. n. 14. p. 559. Quod juramentum  
in probatione tam de auditu proprio, quam alieno exigitur  
Stryk. d. l. c. 3. n. 39. & nemini testium, d. l. 9. c. 8. c. 23. c. 51.  
extra de testib. nec clerico B. Philipp. ad Decis. El. Nov. 1. Obs. 2.  
nisi partibus consentientibus remittitur. arg. l. 7. §. 14. ff. l.  
pen. C. de pad. l. 26. ff. de rei vind. Mascard. de probat. Vol. 1. Concl.  
5. n. 108. excipitur summarissimum possessorium ubi Electo-  
rale forum duos injuratos fide dignos testes admittit. De-  
cis. El. n. ibiq; B. Philipp. Magnific. Dn. Born. d. Diss. th. 51. lit. K.  
§. 5. Deposito à testibus juramentò, partes secedunt  
& (4) testes singuli à Judice ejusvè Actuariò ad articulos &  
interrogatoria singulatim examinantur, quod usu forensi  
ita invaluit. d. disp. & th. lit. L. & si rectius præsentibus  
Examen fieri deberet partibus l. pen. C. de testib. l. 13. C. de fi-  
de instr. Nov. 90. c. f. Interrogati deinde testes, sub metu re-  
iterandi

Et singula  
tria exa-  
minantur



*qui recte iterandi examinis, Carpy. in Proc. Tit. 13. art. 4. n. 39 Dn. Swen-*  
*debent re-* dent offer. ad Fibig. c. 2. §. 12. lit. T. p. 610. recte respondere de-  
*pondere* bent, h. e. regulariter vivâ voce, e testes II. q. 9. congruè  
& verbis claris, c. cum causam extra de testib. non dubiis & am-  
*nec vari-* biguis vid. Carpy. & Dn. Swendentorff. sine hæsitacione & vari-  
*are* atione; ubi obvenit aliqua distinctio: Aut testes se corri-  
gunt attestacionibus jam publicatis, nec valet eorum corre-  
ctio, quoniam tunc cum parte omnino videntur esse lo-  
*Distinctio* cuti e. pro testes extra de testib. Aut se corrigunt ante publica-  
*quædam* tionem, idq; fit vel ante perfectum Examen, i. e. antequam  
Examini subscribant testes. Menoch. A. J. Q. lib. 2. c. 108.  
n. 1. & licitum est ipsis se corrigere, nam ita præsumitur in  
continenti se correxisse. Coarruv. Variar. Resolut. lib. 2. c.  
13. n. 8. verb. cæterum si testes, vel post Examen perfectum,  
& videndum, num verisimile sit, illos interea loqui potu-  
isse cum partibus aut ejusmodi personis, à quibus partes  
scire potuerint, nec ne? Priori modo correctio planè non  
procedit, & sic testis vel ad postulationem partis vel post  
triduum veniens ad se corrigendum à die depositionis  
non admittitur, & si dicat se cum parte non fuisse lo-  
cutum, nisi id etiam probet juramentò & in super sit  
persona notæ & probatæ fidei. Bald. in cap. præterea, n. 4.  
verb. jurabit tamen extra de testib. Posteriori casu res integra  
est, & ita paulò post spontè veniens, causamque correcti-  
onis suæ allègans & probans, Examine licet finito, utique  
est admittendus; pari etiam ratione in secretis diu carce-  
ribus detentum cæterisq; paribus, quandocumq; se cor-  
rigere posse, Dd est sententia Menoch. A. J. C. lib. 2. c. 108.  
Farinac. de testibus. lib. 3. tit. 7. Q. 66. n. 227. & seq.

*Et tum de-* §. 6. Omnia quæ à testibus deposita sunt, 5. fide-  
*posita ab* ter annotantur iisdemque in continenti ab Actuario pro  
*Actuario* testimoni confirmatione iterum præleguntur, Rec. temp.  
*fideliter* de anno 1654. §. in ubrigen. Magnif. D. Bern. d. l. lit. O. atque  
*annotan-* tum, ne depositionis & annotationis confusio obrepat  
*tur* consignationis formula, à Serenissimo Electore Nostro,  
*secundum* feliciter regente, sub dato 14. Jul. 1668, per mandatum spe-  
*formam* cial-



ciate Notariis Judicialibus præscripta, ut 1. Interrogatoria generalia testiumq̄ commodæ responsiones. 2. Articuli, & 3. cujusq̄ articuli Interrogatoria specialia, cum depositionibus illicò adjectis, ponantur, ad amissim observanda est; quam, cum in omnium manu non teneatur, hic subijcere allubescit.

### Interrogatoria Generalia.

#### Interrogatorium 1.

Wie Zeuge heisse?

R. Testis 1. Et heisse N.

præscri-  
ptam.

R. Testis 2. Et heisse N.

#### Articuli probatori.

##### Articulus 1.

Wahr und Zeuge gehöret/  
daß zc.

R. Testis 1. Affirmat.

R. Testis 2. Affirmat.

### Interrogatoria Specialia.

#### Interrogatorium 1.

ad art. 1.

Wo es Zeuge gehöret?

R. Testis 1. auf den Markte.

R. Testis 2. idem,

#### Interrogatorium 2.

ad art. 1.

Von wem er es gehöret?

R. Testis 1. von N.

R. Testis 2. von N.

§. 7. Quibus 6. succedit attestatorum Publicatio, <sup>Publica-</sup>  
quæ non ad producti, *Nicol. in Process. V. 1. C. 64. n. 15.* sed <sup>tur</sup>  
producentis instantiam, *d. l. Recess. Imp. de anno 1654. §. 54.*  
coram iudice competente ad hoc legitimè citante, necessa-  
riò in nostro foro est peragenda; cum publicatis de-  
mùm attestationibus didicita & testificata facta præsu-  
mantur, *Const. Aug. 16. in fin. P. 1.* non ut totus ibi prælega-  
tur rotulus, sed sufficit partes se declarare & attestaciones  
pro publicatis accipere. *Nicol. d. l. n. 16. p. 662.*

§. 8. Publicatis, uti dictum, attestationibus, non ex <sup>Et à par-</sup>  
principiis juris communis, *Nov. 90. cap. 4. cap. 6. extra de fide* <sup>tibus dis-</sup>  
<sup>C</sup> *instrum. pmanur*



*instrum. c. 15. extra de testib. sed ex observantiâ fori Saxonici inesse productâ 7. invaluit. ut partes, super factis probationibus, muris duabus & alternis positionibus, interjecto semper sex septimanarum spatio, ab impetratâ à judicis copiâ computandò, in scriptis offerendis mihi zweyen Schrifftlichen abzuwechselten Befehlen etiamnum audiantur Ord. Proceß. Tit. 29. Consil. Aug. 18. P. 1. Refol. Grav. Provincial. Tit. von Justitien-Sachen §. 22. Quod spatium in causis metallicis ad quinq; dierum fatale est reductum, Ord. Metall. art. 107. §. alff. ordnen wir. Nicol. in Proceß. P. 1. c. 68. Jung. Mag. Dn. Born. in d. disp. th. 55. quem omnino vide.*

*Testes*

*§. 9. II. In qualitate testium eorumve habilitate videndum prius ut rectius cognoscatur, qui ad testimonium sunt inhabiles, nam contraria juxta opposita magis elucescunt arg. pr. Inst. de his qui sui. al. jur. Dicimus autem h. l. illos inhabiles, qui vel omnino non, ne quidem in gravissimis causis, puta crimine Laesæ Majestatis, Simonie &c aut ubi veritas rei aliter haberi non potest, admittuntur, etsi non ad condemnandum. l. 16. l. 18. l. 22. C. de pœn. tamen ad eliciendam saltem veritatem audiri & interrogari nonnunquam à Judice possunt Mestert. in tr. de prob. Quest. An ii, qui ad testimonium dicendum inhabiles sunt p. 621. quales sunt furiosi & mente capti l. 20. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. Infantes l. 18. C. de jure debil. l. 2. §. 5. ff. de testib. Muti & furdi naturâ tales Eckolt. ad t. ff. de testib. §. 3. p. 319. Vel qui aliâ naturâ aut lege prohibentur l. 1. §. 1. ff. testib. arg. l. 43. §. 1. ff. de procurat. Naturâ ut infantie proximi & pubertati proximi l. 3. §. 5. ff. de testib. Dn. Strauch. Ex. 25. th. 23. p. 391. non verò prodigi d. l. th. 14. Lege ut infames in l. 3. §. 5. l. 15. l. 18. l. 21 ff. de testib. Wesenb. in m. ff. d. t. n. 3. similiter usurarii manifesti c. 2. de usur. in 610. Banniti & Excommunicati c. 12. extra de heret. Judæi & Hæretici in causa Christianorum l. 21. C. de Heret. Eckolt ad t. ff. de testib. §. 3. in fine Dissentit Bachow. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 5. th. 8. lit. C. Aliique de quibus Dn.*

*Strauch.*



*Strauch. d. Ex. 25. th. 14. 15.* Cæteros verò qui in certo tantum casu testes esse prohibentur ut mulier in Testamento §. 6. *Inst. de testam. ordin.* Advocati & procuratores in causa clientis *l. fin. ff. de testib.* aliique de quibus *Mæstert. d. tr. in quest. quoniam in certis causis testes, p. 619.* ut hinc rejiciamus, nisi in tali casu agatur qui est unus de exceptis, nihil omnino svadere videtur. Ita nec cæcus à testimonio auditu perceptibili depellitur *Stryk. in tr. de Jure sens. Disp. 3. c. 2. n. 7. Habn ad Wesenb. de testib. n. 3. §. 5. in fin.* Modo & hoc specialiter & quidem quod auditum proprium concernit, ad fidem testium annotetur. Nimirum requiri 1. ut in tali loco fuerint, in quo credibile sit ipsos contractum vel actum, de quo deponunt exactè ex audire potuisse; Qui enim deponit se audivisse ex longinquo vel tali loco ex quo à communiter accidentibus haud facile audire poterat. *Farinac. de testib. l. 3. tit. 7. Quest. 69. c. 5. n. 171.* regulariter non probabit. *Stryk. d. l. caps. 5. n. 2. & seqq.* bene tamen si post Cortinam vel Parietem se percepisse dixerit, *Farinac. de l. n. 171.* Eodem etiam modo & matrimonium promissum validè probatur, *Stryk. l. c. 1. n. 17.* Quamvis alii alia insuper adminicula requirant, pro quorum conciliatione ita distingvit *Farinac. de Quest. 69. c. 5. n. 179.* aut agitur de matrimonio dissolvendo & alia concurrere debent requisita, aut de matrimonio contrahendo, nec opus est aliis concurrentibus adminiculis. Sed hæc distinctio etsi rigore & mente juris verior sit, usu tamen fori, si Farinacio credendum, non videretur, adeo præcisè observari, quoniam Dd. omnes indistinctè loquuntur. *d. l. n. 180. & seqq.* Quod eò usq; extenditur, ut licet ex proposito illuc fuerint ordinati testes, tamen probent. *d. l. n. 182.* Hinc pro cautelâ à Doctoribus in civilibus receptum est, ut si creditor Debitorem suum velit inducere ad confitendum, quod præsentibus testibus noluerat, testes ille uti vocantur, cortinatos adhibeat, *alleg. Auth. n. 182. pag. 404.* Atq; hoc primum membrum ad declarationem solius delicti commissi, vel Negotii celebrati quovis spectat.

Limitatio

in probatioe de auditu proprio  
 cuius rei requisitum ponitur  
 limitatio Cortinatis testes probant  
 etiam in matrimonio

Cautela



De audi- §. 10. Si itaq; in tali locò fuerint testes cortinati, ubi  
tu proprio tale quid committitur. 2. Exigitur, ut bene notam habeant  
2. requisiti- vocem Contrahentium vel aliud agentium, & quidem eò  
tum. ipsò tempore, quò Actus vel Contractus aliquis est cele-  
bratus. Qui autem deponit de clamore, ille etiam clamor-  
is notitiam probare debet, vox enim non involvit clamor-

Vocis no- rem, *Farinac. d. qv. 69. n. 172.* Ita notitia vocis ex tribus  
tina tri- potissimum colligitur (1.) ex Consanguinitate & sic pater  
bus ex cau- filii vocem exactè nosse creditur. (2.) ex vicinitate, unde  
fis colligi- vicinus præsumitur scire acta vicini *l. 9. C. de Nupt.* (3.) Ex  
tur familiaritate & conversatione *Dn. Stryk. de jure sens. Disp. 2. cap. 4. n. 31. & Disp. 3. c. 1. n. 11. & segg.* Quod priorum bassis  
requisiti & fundamentum est, *d. l.* Atq; hinc assertio patris non fa-  
limitatio- cit veritatem, si filius aliquot annos absens fuerit, *Menech.*  
Vox mu- de *Præsumt. lib. 2. Præsumt. 53.* Vox verò non mutata regulari-  
rata non- ter præsumitur, vel aliud subiectum, quod vocem imite-  
presumi- tur, substitutum; intellige mutationem, delictum, vel con-  
tur. tractum aliquem subsequenter, non antecedentem, quon-  
iam qui personam bene novit, qualitatem etiam vocis  
exactissimè distingvere potest, *Dn. Stryk. cit. loc. n. 22. cum segg.* Itaq; hoc secundum membrum ad solam declara-  
tionem personæ, ubi delictum vel contractus jam tum  
extra controversiam est, pertinet, quam auditu etiam posse  
declarari dubium non est. *Farinac. de testib. lib. 2. q. 62. n. n. 45. Mascard. de probat. V. 1. Concl. 278. n. 15.* ac proinde ad  
ejus deductionem ulteriorem, si forte Actus simul sit  
probandus.

De audi- §. 11. Requirimus 3. ut personæ, à quibus testes aliqui  
tu & pro- audiverunt, sanæ fuerint; de infirmis enim & ægrotis non  
prio 3. re- validè satis deponitur. *Farinac. d. l. n. 138.* Imò Testimo-  
quisitum- nium hoc longè perfectius judicamus, si testes in super  
Amplia- probare possint, non alios nisi nominatos in dictò locò  
tio. fuisse, ne quidè adesse potuisse, quod vel procedit in eò casu,  
ubi delinquentes vel contrahentes auditi sunt in tali Ca-  
merà, in quam nisi per unum ostium non potuit introi-  
tus *d. Auth. 194.* Qua ratione testes, cortinati tam quoad  
decla-



declarationem personæ quàm quoad actum celebratum  
designandum, præsertim si Judici ita visum fuerit: *cod. n.  
196.* plenam merebuntur fidem *c. l. c. 6. per totum.*

*S. 12.* Quæ hæcenus dicta, dicta sunt de auditu proprio, *Probatio de auditu*  
*Audium* vero alienum quod attinet, duo maxime *alienò, du-*  
sunt attendenda; Persona nimirum in quâ quæ scilicet audi- *as perso-*  
vit, & persona, ex quâ aliquid est auditum *Dn. Stryk. in tr. nas alien-*  
*de iure sens. Disp. 3. c. 3. n. 29. p. 191.* Priorem si respiciamus *dit*  
requiritur ut sit gravis, omni exceptione major, nec sus- *Circa per-*  
specta, nec quodammodo in famis, sed omninò fide *sonam in*  
gna, *c. 47. extra de testib.* in probatione enim extraordinariâ, *sonam in*  
qualis hæc est, testes aliter comparati esse non debent. *Stryk* *quâ re-*  
*d. l. n. 23.* Gravitas tamen non à Dignitate, sed fide æsti- *quissia.*  
matur, *Gloss. in d. c. 47.* Deinde etiam necesse est, ut audi-

*S. 13.* Ratione Posterioris res ita se habet, ut Testis dicat,  
se se audivisse à personis itidem omni Exceptione majori- *Circa per-*  
bus, sed antiquioribus, & ætate superioribus, jam præde- *sonam ex*  
functis, aut ita absentibus, ut eorum copia haud sperari *quâ, re-*  
possit, *c. 47. extra de testib. Dn. Stryk. d. l. n. 30.* Illarum non *quisia*  
unam, sed plures vel duas ad minimum, *d. c. 47. & l. 12. ff.*  
*de re-*



de testib. etiam non interrogatus nominet, quæ nominatio adeo est necessaria, ut simpliciter deponens planè nihil probet, d. l. n. 29. § 31. Hæcque requisita omnia concurrere debent, si agatur de factis antiquis, l. 28. ff. de probat. l. 2. §. 8. ff. de agv. pluv. arc. de consanguinitate & affinitate c. 47. extra de testib. Vid. supra cap. 4. in aliis verò tantùm potiora, quæ Judex arbitrabitur, desiderantur. Menoch. Arbitr. Jud. Ques. c. 475. n. 2. Quibus jam præsuppositis, inferre audemus, Omnes & singulos, ad dicendum testimonium, admitti posse, si præscriptus huc usque modus observetur, etiam si sint cæci, modo non sint de superius exceptis, vel Lex expressè perfectius testimonium postulet. vid. §. 7. h. cap.

Quot testes requirantur.

§. 14. Hic ultimò, non sicco pede prætereunda est quæstio: Quot testes necessariò adesse debeant, ut valeat depositio de auditu? Et cum aliàs juxta ordinem Juditiorum communem, unus testis non plenè probet, & si præclari curia honore fulgeat, l. 9. §. 1. C. de testib. Etiam hic administrum duos adesse debere statuimus Farinac. d. 9. 69. n. 93. Ubicunque enim numerus non est expressus, duos sufficere evincit l. 12. ff. de testib. ibiq. Brunnem. l. 217. in fin. ff. de V. S. quod Juri Divino consentaneum est. Matth. 18. v. 16. 2. Corinth. 13. vers. 1. B. Geisler. in Disp. de numer. Testium th. 25. §. seqq. nisi ex certâ causâ plures requirere visum fuerit l. 1. §. ult. l. 3. §. 2. ff. de Testib. Ita & vice versâ in testimonio de auditu auditus, testes non ab uno majorum, sed à duobus ad minimum audivisse, deponant, ad. testib. Pacian. de Prob. lib. 1. c. 9. n. 37.

An testes cogi possunt?

§. 15. An verò testes illi de auditu deponentes cogi possint ad dicendum testimonium, disquiritur. Quod pro meritò de omni jure affirmandum l. 16. C. de testib. tot. i. extra de testib. cog. O. P. S. tit. 22. ratio petenda est ex l. 9. ff. de Munerib. & honorib. fit verò hæc coactio communiter vel captis pignoribus arg. §. 3. Inst. de Satisfact. vel multâ indictâ, LL Civilibus indefinitâ Rudger Roland de Commissar. P. 2. l. 3. cap. 7. n. 10. Quæ Jure Sax. statuta est, nempe decem aurocorum Rhenensium

pena f. c. indefinita f. s. est de termina.



um inter Judicem & producentem dividendorum, & ag-  
 gravari pro ratione circumstantiarum potest O. P. S. d.  
 t. 22. ubique B. Philipp. Conf. un: n 3. p. 232. Ab hâc tamen *Excepti-*  
 violentiâ excipiuntur Parentes & liberi l. 6, C. de testib. ones.  
*Carrp, p. 1. C. 16. D. 50. Brunn. ad l. 9. ff. de testib. n. 1. & 2. ubi*  
 exceptiones. Fratres, l. 1. §. 10. de *Quest.* Affines, qui pa-  
 rentium, liberorum & fratrum locum obtinent, nec non  
 Consanguinei Collaterales ad 6. & 7. usque gradum, l. 4.  
 & 5. ff. de testib. l. 10. ff. de grad. & affinib. Senes & milites l. 2.  
 ff. de testib. Publicani & Valetudinarii & qui cum Magistra-  
 tu Reipubl. causâ absunt, l. 8. l. 9. eod. Item sacerdotes  
 in revelandis secretis Confessionis *Gail. 1. obs. 100. n. 8. ubi*  
 nec volentes admittuntur, *can. sacerdos 2. de poenit. dist. 6.*  
 Philipp. ad Decis. Elect. Nov. 1. obs. 4. nisi confessio in delictô  
 committendô, aut periculum sit, ne opprimatur innocens  
 quo tamen à nomine confessi, quantum fieri potest absti-  
 nendum, B. Brunnem. ad l. 8. ff. de testib. n. 3.

*Sacerdotes  
nec volen-  
ter admit-  
tentur.  
lim. ratio*

## CAPUT VI.

DE

# F I N E.

§. 1.

**F**inis nostri thematis sit triplex, tum Intentionis, tum Finis est  
 Perfectionis, tum Privationis. *Vid. B. Philipp. in tract. triplex.*  
*de subst. c. 4. commate 1. p. 286.* Finem intentionis

in Definitione nostrâ expressimus, qui est, ut fides judi-  
 ci fiat l. 12. ff. de Probat. ad formandum animi motum in  
 ferendâ sententiâ l. 3 §. 2 l. 10. §. ff. de testib. l. 40. ff. ad L. Aquil. *Finis in-  
tentionis*

§. 2. Ex quô, uti & reliquis suprâ positis promauat *Finis Per-  
fectionis*  
 Finis perfectionis seu Effectus probationis de auditu, *fecti nis,*  
 qui pro diversitate specierum, diversus est. Namin au- *varios ef-  
fectus pro-  
ducit.*  
 ditu propriô, si Judex accuratè attendat, supra dicta *ex auditu*  
 requisita omniâ, indubium est, illum judici pro sen- *Propriô*  
 tentiâ vel condemnatoriâ, vel absolutoriâ ferendâ, *de pro-  
in Civilib.*



de probat. plenissimam facere fidem. *Wissenb. Diss. 43. th. 13. p. 438. non obst. c. 3. extra de success. ab intest. Vid. Farinac. d. Q. 69. n. 142. & seq. Dn. Stryk. d. Disp. 3. cap. 2. n. 5.* Ratio est evidentissima; cum omni testi de re sensu corporeo deponenti firmissimè credatur, cur non & de auditu proprio testificanti! *Mascard. de probat. Vol. 1. Concl. 278. n. 8. Jacob.*

in Crimi-  
nalibus

*Menoch. A. J. Qv. lib. 2. cas. 475. n. 15.* In Criminalibus verò indicium ad torturam concurrente famâ & aliis adminiculis; Juxta regulam à Fulvio Paciano de *Probat lib. 1. c. 10. n. 4. traditam: In quibus probatio ad auditum plenam facit fidem in civilibus, in illis facit indicium ad torturam in criminalibus.* Cujus asserti ratio posita videtur in difficultate probandi, probationisq; evidentia, quæ in criminalibus requiritur. *Farinac. c. l. n. 90.* quam sententiam confirmat aliquò præjudiciò *Academix Francofurtanæ Stryk. d. Disp. 3. c. 1. n. 39. & seqq. ubi n. 42. in puncto adulterii, cum testis deposuerit, se audivisse, quod quater accusatam carnaliter cognoverit. conjunctis aliis adminiculis, Facultatem torturam Anno 1670, d. 2. Maji adjudicasse, refert; quam, remotis illis adminiculis, non adjudicassent. Zanger. in tr. de Quest. cap. 2. n. 213. p. m. 831.* In crimine tamen læsæ

Singulare  
est in Cri-  
mine Læsæ  
Majest.

Majestatis, puta cum de conspiratione, quæ communiter inter privatos lares parari solet, deponatur, auditum plenè probare, autumat. *Farin. d. Quest. 69. n. 192. adde L. 7. pr. ff. ad L. Jul. Majest. L. 10. pr. & S. 1. st. d. Question.*

Ex Audi-  
tu alieno  
probamus  
vel plene

§. 3. De auditu alieno pariter res expedita est; in casibus in *preced. capite* enumeratis plenam non minus merebitur fidem, si debita observetur ratio. *Farinac. d. l. n. 31. & seqq. Menoch. A. J. Qv. lib. 2. cons. 475. Mascard. de prob. Vol. 1. Concl. 137. n. 48.* Extra vero illos casus etiam si Auctor sit demortuus, *Pacianus l. 1. c. 9. n. 21. præfumptionem tantum faciet, illamq; non oneris probandi translativam, sed admiculationem duntaxat, Farin. d. l. n. 34. Fachmæus lib. 11. contr. 66. p. 50. nec ad capturam (quid dicam torturam?) sufficientem, ob rationes à Dn. Strykio in d. cap. 3. n. 49. & seqq. allegatas.*

vel præ-  
sumtivè.

§. 4. Atq;



§. 4. Atque in his consistit finis intentionis & per- *Finis Pri-*  
 fectionis Probationis de auditu. *Finis Privationis*, sive ra- *rationis*  
 tio contrariorum sequitur, qui est i defectus probatio- *consistit*  
 num l. 4. C. de Edendo. l. 9. C. de O. & A. ubi reus non tam *4.* In defe-  
 ab instatiâ, quam ab ipsâ actione absolvitur c. 3 extra de caus. tñ proba-  
 tione. §. pign. cap. f. extra de Jurej. Dn. Swendendorff. ad Ekoltionis  
 ut ff. de Probat. n. 6. Dissentit Eckolt. all. loc. propter l. 10. §.  
 3. ff. de Edend. l. 31. ff. de Jurej. 2. Formæ amissio, in cap. 2. In for-  
 proximè precedente, forma enim ad amissum est observan- *me amif-*  
 da c. 29. extra de Restit. Spoliat. c. 22. extra de Rescript. eâque sione  
 neglectâ totus actus viciatur. B. Philip. ad Decis. El. Nov. 3. In testi-  
 38. Obs. 2. n. 13. 3. Testium inhabilitas, d. cap. 5. 4. Ob- *um inha-*  
 jectum non ad æqvatum in c. 4. & 5. Reprobatio; quæ est a- *bilitate.*  
 ctus, quò vel probationis susceptæ fundamentum elidi- *4.* In obje-  
 tur. O. P. S. tit. 21. Carpx. tit. 23. artic. 2. §. 2. vel exceptio- *cto nõ ad-*  
 nes peremptoria, in ipsâ litis contestatione, sub pœnâ de- *agvanto.*  
 fertionis oppositæ. l. 9. vers. Habita C. de Except. l. 18. ff. 5. in Re-  
 commun. divid. O. P. S. Tit. 21. §. Da auch. Philipp. in Usu Pr *probatio-*  
 Inst. lib. 4. Ecclog 63 probantur. Magnif. Dn. Born. in alleg. *ne.*  
 Disp. ad univers. jus Jud. 1. lb. 53. Et proceditur cum eâ, fere,  
 ut in probatione diximus, nisi quod jure Sax. Termi-  
 nus, in nostrâ testium probatione, à die insinuatæ cita-  
 tionis ad publicationem attestatorum audiendam cur-  
 rere incipiat. Conf. Elect. Aug. 16. P. 1. O. P. S. Tit. 21. verb.  
 iedoch aber. *ibiqz* B. Philipp. Consider. 1. n. 2.

## CAPUT VII. DE AFFINIBUS.

§. 1.

**A**FFINIA sunt reliquæ Probationum species, de qui- *Affinia.*  
 bus Mascard. de Probat. V. 1. in proem. in primis  
 verò probatio ex famâ, non illa, quæ infamix oppo-  
 nitur l. 5. §. 1. ff. de Extraord. cognit. nec quæ à vanâ populi  
 D voce



voce oritur l. 12. §. 1. Q. de Poenit. Sed ea, quæ est communis opinio voce manifestatâ ex suspitione proveniens L. 10. §. 5. ff. de Quest. quæq; originem traxit à personis fide dignis, gravibus, juridicis, de quarum commodò non agitur, & ubi apparet à quâ narratione & causâ eadem proveniat. Mascard. de probat. V. 2. Concl. 749. n. 9. Dn. Strjk. d. tr. c. 4. per tot.

### Epilogus.

HÆc sunt, quæ placido Eruditorum examini, iudicioque subjeci, tpe fretus certissimâ, fore; ut, quæ vel minùs accuratè vel non sufficienter in materiâ hâc expressit animus adhuc infirmus, nec ad omnia satis præparatus, benevolentius suscipiant, faventiùs legant, æquiùs interpretentur omnes, quorum tanta semper apud me est eritque Autoritas, quanta Veneratio ab illustri ipsorum culmine proficiscitur, quantaq; informatio & eruditio ab ipsorum humanitate in subiectissimos etiam redundat. Deo vero Ter Optimo Maximo piissimas gratias referens; eundem supplex imploro, ut omnia, quæcunq; ausus fuerim, in sui gloriam, Reipublicæ patriæ amorem proximique emolumentum dirigere velit. Hic est eritque semper mihi propositus exoptatusque

FINIS.

### Errata.

In Cap. 3. lin. 8. in f. pro *illum*, legas *ullum*. Cap. 4. §. 5. lin. 4. pro Cap. 17 leg. 27. d. c. 4 §. 5. lin. 27. pro n. 13. leg. 139. p. 398. fac b. c. §. 9. lin. 14. pro l. 2. lege l. 3. Reliqua, quæ forte irreperunt B. L. æquiùs corrigat.

Co-



## COROLLARIA.

### I.

Testes ad probandam consanguinitatem deponentes, non videntur singulares, etsi unus dicat, se à duobus audivisse, alter vero ab aliis duobus. *Stryk. de Jure sens. d. 3. c. 3. n. 35.*

### II.

Testes ad perpetuam rei memoriam non solum deponunt de auditu alienò, sed etiam de proprio, *Diss. cit. Autor d. l. n. 45.*

### III.

Auditus non excusat à dolò, si quis injurias ab aliò auditas propalet, juxta vulgatum: *Werman hilft nicht. Schneidew. ad tit. Inst. de injur. §. 1.*

### IV.

Faber vel alius cum strepitu laborans, qui laboris sonò auditui Doctoris aut Studjosi molestus est, à vicinitate potest depelli. *Dn. Stryk. d. t. Disp. 3. cap. 2. n. 10. seqq.*



Ad  
Nobil. Dn. Respondent.  
Civem & Amicum M. Di-  
lectissimum.

Auditum in cathedrâ tractas, res mira,  
loquendo:  
Audiet Auditum hunc Patria Docta  
Tuum.

D. Val. Alberti, P.P.

QVanta in Jure tibi fuerit solertia, Amice  
Testibus haud opus est, hæc documenta pro-  
bant,

Ex auditu alii; probat & confessio nostra.  
Det Deus ut tandem digna brabæa probent.

*Mens & votum*

PRÆSIDIS.

Judicibus nequeunt sat demonstrata videri  
Qvæ vagus *Auditus* nil nisi certa facit,  
Quid probet *Auditus*? Te vero cum audio fantem,  
Clarum est, Te docti nomen habere Viri.

f.

A. H. Möllerus, Lubeccensis.














Leipzig, Diss., 1680  
X 2373073

1077











12.

Q. D. B. V.  
PROBATIONEM  
DE  
AUDITU,

1680, 11

12 /

Magnifici Ictorum Ordinis  
indultu,

*et sub*

PRÆSIDIO  
DOMINI  
FRIDERICI PHILIPPI, Lips.  
J. U. D.

ad d. IV. Martii, Anno M. DC. LXXX.

H. L. Q. C.  
P. P.

GEORGIUS FRIDERICUS Scharff/  
Lygiô - Silefius,  
Autor.

LIPSIÆ,

Literis JOH. WILHELMI KRÜGERI.



*Nonna Schleimig*